


Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rhane I. U. D. & Profess. P. Ad Exequias, Quas Dn. Jacobo Bakmeistero. Phil. & SS. Theol. Studioso, Parentum ... nomine Frater parat Cives suos in aedem D. Mariae ad horam in meridie primam serio & diligenter vocat

Rostochi[i]: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746583877>


Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,
in ^{alk} J. Bakmeister.

R. 1638.







4

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE

J. U. D. & Profefs. P.

AD EXEQVIAS,

Quas

DN. JACOBO
BAKMEISTERO,

Phil. & SS. Theol. Studiofo,

Parentum mæstissimorum nomine Frater parat

Cives suos in ædem D. Mariæ ad
horam in meridie primam serio &
diligenter vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIIX.

RESTOR.
HENNINGVS RIANE
I. D. D. S. P. L. A. T. I.
D. D. S. P. L. A. T. I.

D. N. I. A. G. O. R. O.
D. N. I. A. G. O. R. O.
D. N. I. A. G. O. R. O.
D. N. I. A. G. O. R. O.



Rostock
Rostock



Ui ad parentis majorumq;
uorum gloriam, fratre jam duce,
& recta via citatoq; cursu grassa-
batur, florentissimus, dum viveret,
JUVENIS, JACOBUS BAKMEISTERUS, Philosophiæ
& Theologiæ Studiosus, medio aliàs, aut vixdū
inchoato itinere finem suum, quem ultra puta-
bat, reperit. Et quidem pleriq;, uti sumus in
ejusmodi casibus nimium quam mortales, præ-
propera atq; immatura hic videbuntur omnia,
Sive enim ad spes parētum totiusq; familiæ, sive
ad ipsius metam juvenis id, quod humanitus ei
contigit, exegeris, ubiq; erit plus satis querela-
rum, Viginti & unus, quam brevis ille est anno-
rum terminus! Quem majores sui, ut tanti fie-
rent, transire omnes debuerunt. Avus n. illius
Reverendus admodum & Clarissimus Vir Dn.
LUCAS BAKMEISTERUS, SS. Theol. D. quadragin-
ta sex annorum apud nos Professor, & Ecclesiæ
ad Divum Mariæ Pastor ac Superintendens, plus
stipendiorum veteranus, quam legitimi tem-
poris ille noster confecit ad ponenda tiroci-
nia. Id quod Viris Cl. Avix̄ JOHANNÆ, Parenti si-

K 2

mul

mul atq; Fratri contigit. **JACOBUS** enim **BÖR-
DINGIUS** proavus, **Academix nostræ Professor &
post Serenissimorum Danix Regum CHRISTIA-
NI III. & FRIDERICI II, Archiater, filiusq; JACOBUS**
Jetus Clarissimus, Antecessor apud nos & per
**xxiii. annos Illustrissimorum Ducum Megapo-
litanix Cancellarius, postea, Lubeeensis Reip.
Consul, uterq; gloriæ suæ plus satis, in senectu-
tem scilicet, vixerunt. Parentes vero, quos su-
persites sibi habet, qua quæso illos ætate reli-
quit? Eâ, quæ ex fratre M. LUCA, SS. Theol, Pro-
fessore, Collega & Amico nostro, nepotes jam
dedit, expectareq; potest non multò post a **Ni-
COLAO, J. U. Studiofo, ut & SARA** adhuc virgine.
**Pater enim ipsi Vir Reverendus admodum &
Clarissimus Dn. LUCAS BAKMEISTERUS, SS. Theol.
D. & Professor quondam apud nos dignissimus,
nunc autem Circulorum Gûstrovienfis & Ro-
stochienfis Superintendens vigilantissimus; Cui
propter fessas Ecclesiæ res probatamq; religioni
fidem ac diligentiam longè profectiorem æ-
tatem precamur; Mater autem, castissima,
prudentissimaq; foemina est ELISABETHA PAPRE-
NIA, Viri integerrimi honestissimiq; Dn. NICO-
LAI, Civis quondam, apud nos primarij, ædisq;
Marianæ præfecti ex GESA S L O R F I A, dulcis &
charissi-****

charissima filia. Ad quorum profectio optima
frequentiaq; exempla crudelitas quaedam, certe
vis extitit in tam recentem pulchrumq; JACOBI
nostri florem; magnaq; res injuria est, ubi fir-
miora per ipsam illam rerum naturam speres, ibi-
dem fluxa eo magis & caduca omnia praestari,
Praecipue cum ita sese ostenderint futuri exitus
praesagia, ut extra fortunae ludibrium posita se-
curos reddere potuerint eos, quorum propria ac
ac perpetua spes esse debebat. Quippe qui omnia
illa in minimo deprehenderet, quae maximus na-
tu pulchre statuisset prius, quam ad functionem
ac munus accesserat; eadem fore rati in eodem suo
sanguine quam certissima signa, quae vergentis
ad senium aetatis a tam pulchra sobole levamen
ac solatium deposcerent. Et promiserat ipsis
retro omnis JACOBI sui aetula. Editus enim
superiore decimo septimo hujus seculi anno,
postquam per sanguinem Jesu Christi Servato-
ris receptus est in gratiam ac foedus, inter accu-
ratam parentum disciplinam sic adolevit domi,
ut septimum decimum aetatis annum ingressus
mitti extra patriam aliudq; coelum pati quam
optime potuerit. Erat autem ex consilio cir-
cum specti Patris, ut ne cruda nobis in Academi-
am studia impellerentur, sed gradu abiret is, qui

K 3

nec


nec saltum facere in literas, nec desultoria in
iis opera versari deberet. Quapropter eum
Gymnasis exerceri firmariq; primò cupiens,
Dantiscum ablegavit, commisitq; Viris Reve-
rendis admodum & Clarissimis Dn. JOHANNI
CORVINO, Pastori fidelissimo, ut & JOHAN-
NI BOTSACCO, Gymnasij Rectori, SS. Theo-
log. Doctoribus celeberrimis, ut moribus in-
tra domum, in Schola literis, utrobiq; simul pie-
tati & virtutibus applicaretur. Ilteq; succes-
sus votorum extitit, ut biennio istius pulveris
expleto, prodire jam in solem, & in luce publi-
ca versari quam rectissime potuerit. Cujus rei
publice privatimq; testes sumus. Audiendo
enim primum, deinde conferendo cum aliis,
collegiaq; celebrando omnia, quæ sui instituti
essent, civem nobis dedit in primis charum.
Non enim Philosophiæ tantum, sacrarum etiam
literarum studiosos frequentabat; Vitæ genere,
morumq; probitate & modestia nemini non
commendatissimus. Ergo aliquis tam durus
atq; ab omni humanitate aversus sit, ut damnû
Ecclesiæ, ut Academiæ jacturam in tam pulchro
cive amisso graviter lugeri non debere, parenti-
bus autem modum præscribi posse, existimet?
An inter hæc publica mala facile solatium, in-
pri-

privata domo leve doloris argumentum sit,
postquam ex æquo nascendi sublata spes, nec fa-
miliæ prolem nec studiosos rei literariæ promit-
tunt? Et quidem optandum esset, ut quæ pri-
vatorum, eadem ratio communis boni supera-
ret. Facile transigeremus cum parentibus, qui-
buscum paria nos facere & lugere quam maxi-
me nunc oportet. Neq; enim per istam, quam
circumferimus humanitatem, svadere possumus,
ut iisdem oculis nostrorum funera quibus ipsos
solemus, intueamur. Quemadmodum enim in
cæteris rebus, ita in lacrumis, in gemitu, in su-
spirio est, quod levet ægritudinem. Permitten-
dum aliquid ipsis est, indulgendum non est. Ja-
ctura profecto non facta, ubi redideris, quod
sub conditione acceptum, auctumq; per te est.
Foetus tantum ac partus à Deo dantur; re-
reperuntur infantes statim, imò senes. Quisquis
enim dies tota vita est; satisq; vixit, qui mori
jam potest. Inter vitam & mortem quodcunq;
intervallum, ætas, quicunq; finis, ultima est. Tan-
to senior quisq; est, quo minus vitæ super habet.
Ergo hic immaturum nihil, cui maturitatem,
non dies, aut hora demum, sed quælibet mo-
menta afferunt. Idem iudicium est in cœlis. Æ-
tate nemo censetur, ista omnis ibidem desinit.


Quas

Quisquis halitum hic, quisquis punctum fecit,
imo quisquis movit, etatem ferre atq; eternitatē
potest; ut coepit quisq;, ut maturus extitit. Eā-
dem igitur conditione JACOBUS hic discessit à
nobis, qua sorores JOHANNA atq; ELISABETHA
præiverunt, quarum ætatem Sponsus suus non
gravatus immitem est; tanto libentius acceptā,
quia signatis corporibus animos quoq; virgines
servasset. Quod superest, doleri non debet.
Sororum enim felicitas ac beatitudo, præcipuē
Salvatoris dulcissima vox, ad sese fratrem advo-
carunt. Ille noster & Ecclesiæ suæ Patronus, con-
traq; exitium assertor, citari à nobis ad rationes
non potest, qui & auferre & reddere solus, solus
restituere quam rectissime didicit. Cujus in vo-
luntate Parentes quoq; nobiscum acquiescent,
Vos, Academiae Cives, denatum nudius tertius
commilitonem vestrum ista via ne deserite, qua
ille, cum viveret, prædecessores suos libentissime
comitabatur. Idem verò iter est, quod omnes
appetimus. Adeste ergo ad funus perquam
frequentes & bene valete, P.P. xi,

Junij A, C, cix, d cxxxix.




GK





privata domo leve doloris arg
postquam ex æquo nascendi sub
miliæ prolem nec studiosos rei lit
tunt? Et quidem optandum esse
vatorum, eadem ratio communi
ret. Facile transigeremus cum p
buscum paria nos facere & luger
me nunc oportet. Neq; enim per
circumferimus humanitatem, sva
ut ijsdem oculis nostrorum func
solemus, intueamur. Quemadmo
ceteris rebus, ita in lacrumis, in g
spirio est, quod levet ægritudinem
dum aliquid ipsis est, indulgendu
ctura profecto non facta, ubi red
sub conditione acceptum, auctun
Foetus tantum ac partus à Dec
repetuntur infantes statim, imò sen
enim dies tota vita est, satisq; vi
jam potest, Inter vitam & mortem
intervallum, ætas, quicunq; finis, ul
to senior quisq; est, quo minus vita
Ergo hic immaturum nihil, cui n
non dies, aut hora demum, sed q
menta afferunt. Idem iudicium est
tate nemo censetur, ista omnis ibi



lit,
cc fa
mit-
pri-
era-
qui-
axi-
m-
mo,
olos
in-
su-
en-
Ja-
od
est.
re-
uis
ori-
iq;
n-
et.
n-
o-
E-
it.
as